



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Diaboli, varia vocabula. Ex Veteri & Novo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

99 Evang. q. 33. S. Hier. V. Beda. apud Sylveiram hic.

Dabo illi stellam matutinam. Apoc. 2. 28. Aretas, Andreas Cæsar; diabolum intelligunt, juxta illud Is. 14. 12. *quomodo cecidisti de celo Lucifer?* Promittit Dominus juxta hanc sententiam victori, dandum illi diabolum calcandum sub pedibus. Quod peccator Paulus Rom. 16. 20. *Drus pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter.* Sylveira hic.

Ex Patribus.

Avis propterea diabolus vocatur, quia per superbiam ad alta sustollitur. S. Isidorus l. 3. sentent. c. 5. Dæmones, propter volatum superbiam, & agilitatem naturalis potentiam, volucres appellantur. S. Thom. in c. 15. Gen.

§. II.

Diaboli varia vocabula Ex Novo, & Patribus.

Nimicus homo hoc fecit. Matth. 13. 28. Dæmon dicitur homo à devictio homine: sicut Scipio Africanus à devicta Africa. Hugo Card. hic. *Qui regnare facit hominem hypocritam.* Job 34. 30. Potest diabolus homo iste intelligi; qui, perditâ angelicâ dignitate, hominis nomen sortitus est; de quo Dominus ait: *inimicus homo hoc fecit.* V. Beda l. 3. in Job. c. 3. De hoc David Ps. 9. 20. *exurge Domine, non conforsecur homo.* Inimicus homo diabolus est. Sim. Cass. l. 6. c. 3. non quòd diabolus homo, aut homo diabolus natura sit; sed officio pravò, & similitudine malâ. Nam & de Juda Salvator ipse dixit: *unus ex vobis diabolus est;* ut homo diabolus, & diabolus homo, ex malitia meritò dici possit. Id.

Spiritus immundus. Erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo. Marci 1. 23. Per hoc, quòd spiritum hunc immundum appellat, secernit illum à cæteris omnibus rebus, quæ spiritus nomine designantur. Nam & aër, & anima, & spiritus administratorij, hoc est, angeli; & ipse etiam Spiritus Sanctus, spiritus vocantur. Nè ergo ob communem illam notionem in aliquam hæsitacionem in cederemus, dæmonium hoc spiritum immundum nominat. Dicitur autem hic spiritus immundus propter obstinatam in impietate mentem, foedamque à Deo defeccionem; tum maximè, quòd obscenis, flagitiosisque, operibus mirifice delectatur. Victor Antiochenus hic.

Et illud erat mutum. Luc. 11. 14. Quomodo dicitur diabolus mutus? ab effectu. Sicut Spiritus Sanctus nomen assumit à bono, quod in anima operatur. Il. 11. 2. *requiesce super eum spiritus sapientia &c.* quia sapientiam, & reliquas virtutes, in anima operatur. Sic dæmon nomen assumit à malo, quod in homine operatur. Diez. D. 3. Quadr.

Rex locustarum, Apoc. 9. 11. *Angelus abyssus, Belzebub,* hoc est, *muscarum Deus.* Poljanib. Sacr. Tom. I.

Behemoth ex Hebr. *Dracornus* Apoc. 12. 3. propter fraudem, & malitiam, inquit Viegas, & Alcazar; vel, ut Ribera, rufus propter crudelitatem, & cædes. *Sathan* Job. 1. 6. *Leviathan* Job. 3. 8.

Ex eo Sathanas dicitur, & est: ex quo ad-versari cœperit Verbo Dei, & inter Angelos seditionem fecit; turbator pacis *diabolus*, id est, *deorsum fluens.* Post hæc egit, cur meritò vocetur *serpens antiquus* Apoc. 12. 9. videlicet quando primum decepit hominem, serpente ingressus. Rupertus de vict. Verbi l. 1. cap. 6.

Sub eo sunt omnes, qui in peccato nascuntur: est enim princeps peccatorum. S. Isid. Originum l. 6. c. 19.

Vitiorum omnium dux, atque imperator, diabolus. Sanct. Gregor. Niss. l. de vita Moyf.

S. Rupertus l. 13. in Matth. vocat diabolum: tenebrarum principem, præpositum noctis.

§. III.

Diabolus quàm sædus, & horribilis.

SI videres dæmones, sicut sunt, morereris per subitanam mortem, propter terribilem visionem eorum. l. 2. Revel. Sanct. Brigitta.

Interrogata eadem Sancta: cur dæmones non appareant visibiles? respondit: si eorum horribilis deformitas videretur, ex ipso visu extra sensum fieret; corpusque totum quasi hominis tremuli contremisceret; cor etiam totum, quasi timore exanimatum, moreretur; nec pedes sufficerent sustentare membra reliqua. l. 5. Revel.

Quidam Religiosus rogavit Dominum, ut dæmonem in sua forma posset videre; ut plus eum, & ejus opera, imposterum detestaretur. Soli igitur afficit diabolus; quem ut vidit, statim amens factus est. De alio scribitur: cum jaceret in extremis, & videret dæmones circumvenire; postea ad statum suum rediens dixit: quòd si esset ignis ab Oriente ad Occidentem, libentius per illum transiret, quàm illam visionem iterum videret. Summa prædicant. Diabolus.

Ex mago quodam importunis precibus exorâsse ajunt curiosum aliquem virum, sibi ut dæmonem spectandum præberet, nec quidquam illò dissuadente. Eminus igitur nefrendem conspexit in volutabro luti adeò deformem, ut eò conspectò confellum exanimis corruerit, & post paulò expirârit. Doultreman l. 2. c. 3. sect. 3. de trillitia Christi.

§. IV.

Diaboli malitia, & obstinatio.

Di sit lucem, à tenebris. Gen. 1. 4. De visio ista lucis, & tenebrarum, terribile Dei judicium super diabolum esse factum insinuat. Rupertus hic.